Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 1069
Quelle:
Copyright:

emplo *Maffaei* abit, ut collationis fit opportunitas, utrumque *Sermonem* integrum exhibebo, idque eo Iubentius, quod inclyta illa *Petronii* Sedes optimo nunc Principi nobiſcum paret. *Fol.* 26. p. 2.

Sermo Petronii episcopi ueronen. in Natale Sancti Zenonis.

Admiror, ſacratiſſimi atque kariſſimi fratres, et uos, beata plebs domini! puſillanimitatis meę arentes riuulos prestolari, cum poſſitis uberius propriis haurire de fontibus. Quid guttam queritis, quibus torrentium fluentorum uena blanditur? Quamuis plerumque diues poſt copias affluentes de menſa pauperis ęgra ſoleat alleuiare faſtidia, et, cui familiare eſt conuiuia penu largiore effundere, pomis delectetur agreſtibus, attamen orate, ut religioſam expectationem pectoris ueſtri uel minimo rore facundiae mereamur aſpergere. Quoties cerula nube pendentia terris elementa (pluviam?) *fuderunt, et fuſcato aere facies ſpecioſi orbis inſorduit, ſqualent tunc omnia colore deformi, pulcritudine mundanę uarietatis obtecta, quicquid eſt humani iuris, egreſcit; aſt ubi iubare ſolis exorto obſtacula nebuloſa ceciderunt, redit in ordinem ſuum diſſimulati parumper nitoris ubertas, exultat diuerſitas animantium fulſiſſe mundo ſolita claritate curſum. Hęc, fratres kariſſimi! dicenda crediderim eo ſcilicet, quo adnitente potentia ſaluatoris altiſſimi* (vox eraſa) *maiore* (vox eraſa) *quiete iam reddita et libertatis candore fruimur, et ſplendorem licet uenerabilium renouare templorum.* (Sub Odoacro Herulorum Rege?) *Probet hoc ędis iſtius ampliata ſublimitas, quę, dum ſacratiſſimum confeſſorem gremio ſuſtinet, fragrantiam ſuauitatis eius longe lateque diſpergit. Neſcit enim magnitudo uirtutum anguſtis finibus occupari; penetrat etiam terminos orbis extremi, et alis pernicibus ipſa coeli altiora perſtringit. Sic egregius Chriſti pontifex Zeno ſignorum uirtutibus adprobatur, quod in ſacerdotio geſſit, multiplicat in ſepulcro. Procedunt ſiquidem ab ipſo funere uarię ſanitates, et cui de funere* (qui defuncto?) *locus eſt, uiuificat tabidos, medetur infirmos. De fonte perpetuo ſanctitatis latex iocundus erumpens peccatores lauat, et gaudia ſalutis admiſcet. Et quoties ſupplicantium preces humida fletibus arca ſuſceperit, toties opportuna remedia multimodis largitur augmentis. Uideroque* (Ideoque?) *quas beatiſſimus uates in corpore conſtitutus potuit obtinere uirtutes, hodie magnas ſuo operatur in tumulo. Uigilat enim dei ſpiritus uiuacibus in fauillis, et* (expunctum, ut videtur, *introrſum;* ſed ſenſum non adſequor) *et orbita multorum ubi iacere creditur corpus exanime. Nunc uero honoremus eccleſiam dei ſermonis officio, uocalibus cantilenis, et ad inluminandam ſponſę faciem coeleſtis ſponſi aperiamus aduentum, qui uiuit et regnat apud aeternum patrem una cum ſpiritu ſancto in ſecula*